



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Ervditione Religiosorum

Humbertus <de Romanis>

Ingolstadii, 1591

VD16 H 5888

4. Qualiter deuotus religiosus poterit esse attentus in Psalmodia, & habere semper mentem in Deum eleuatam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50980](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50980)

spiritualiter proficere, & eius obsequium acceptum esse Deo, & tota die erit deuotus & iocundus, & ad diuinum officium promptus. Per horas diurnas breuiter postquam in prædictis fuerit assuefactus, poterit considerare, quòd tendit apparere coram Domino, vt adoret eum, eique gratias agat, atque deprecetur eum vt supra diximus. Et quoties ingressus fuerit oratorium, toties aqua benedicta aspergatur, dicens vt supra: Adoramus te Christe, &c. adiciens: Deus meus es tu, &c. Et stans in loco suo in illa morula qua genu flectitur, forme intentionem, & attracto & recollecto spiritu tractet mentaliter præmissa scilicet. In conspectu Angelorum, & cætera.

Quomodo poterit deuotus religiosus in psalmodia esse attentus, & mente in Deum eleuari.

CAPVT III.

Dilectissimi fratres, Sancti in psalmodia varios describunt attentionis modos. Sed quia hac nostra ætate homines sunt rudis intellectus, & in diuinis rebus parum eruditi, non possunt ad sensus spirituales, quos sancti describunt pertingere. Et ideo ex omnibus modis quos sancti Doctores ponunt, vnum decreui mediocrem eligere: & secundum hunc totum diuinum officium, quo ad nostram psalmodiam disponere, vt quicumque quantumcumque rudis, ipsum valeat capere, & in ipso exerceri.

Trina oratio.

Primò igitur præmissa trina oratione, vel mentali præparatione, firmiter debemus credere nos esse in præsentia Dei, & conari vt simus ibi reuerenter attentè & deuotè, & ac si essemus Angeli Dei in cælo ante thronum diuinæ maiestatis in medio illorum nosmetipsos præsentare. Cum autem qui præsidet facit signum, cogitare debemus nos à Deo vocari, vt ad habendum colloquia cum eo præparemur. Et quia indigni sumus ipsum supplicamus, vt vos reddat dignos, dicentes in exordio vigiliarum:

Deus in adiutorium

Deus in adiutorium meum intende: ad-

Domine labia

iiicientes ter: Domine labia mea ape-

ries: Et os meum annunciabit laudem tuam.

Et Dñe quid multiplicati

Domine quid multiplicati

sunt qui tri-

bulant me. In quibus suppliciter petimus longe à nobis fieri vniuersa hostium impedimenta, quatenus dignè & reuerenter Dominum super iudicia iustificationis eius adorare, laudare, & magnificare possimus: vt in superioribus dictum

est. Sequitur deinceps, In-

Inuitatorium

uitatorium. in quo cogitandi sunt Angeli adesse, & no-

bis alioqui inuitando nos, vt vna cum eis Dominum adoremus & laudemus. Et sunt deuote ruminandi omnes versus huius Psalmi: Venite

Z 3

exulte-

Hymnus exultemus Domino, &c.
 Statim subditur Hymnus:
 qui est quidam modus lau-
 dis, quem Deo offerimus collaudantes diuinam
 præsentiam, eiq; congratulantes. Subsequun-
 tur Psalmi primi nocturni, in quibus oportet
 monachum mentem stabilire in aliquo certo
 loco, & certas disponere stationes: ne huc illuc
 vagus discurrat. Et in quantum poterit, applicet
 sensum Psalmi his, quæ in illo assignato loco fi-
 unt, & sic prosequatur totum vigiliarum officii-
 um, collocando omnes earundem Psalmos in
 iuncturis quatuor digitorum leuæ interioribus,
 & exterioribus hoc modo: Ponat vnguem pol-
 licis in prima iunctura indicis: & in ea collocet

primum Psalmum

1. Psalmus quem dicens me- Annunciatio
 ditari debet ad-

uentum Angeli Nazareth, ac si cerneret veni-
 entem Angelum ad domunculam Domine no-
 stræ, & dicentem: Ave gratia. & cum Angeli
 multitudinem Angelorum psallentium: cum
 quibus & ipse cantet primum Psalmum, appli-
 cans pro posse eum his, quæ ibi geruntur scilicet
 mysterio Incarnationis filij Dei.

Primo finito Psalmo, ponat vnguem pollicis
 in secunda iunctura indicis aptans mentem su-
 am ciuitati Bethleem, & intueatur natum in-

fantem positum in

2. Psalmus præsepio, & Ange- Natiuitas.
 los & pastores ca-

nentes. & cum eis cantet ipse secundum Psalmum
 adaptans vt dictum est sensum eius, ad ea quæ

illic aguntur. & sic procedat per omnes leue iun-
cturas, vt si mens vagare cœperit, vngue tangens
iuncturam reuocet eam ad debitam medita-
tionem.

Tertius Psalmus cantandus est circumcisio-
ni Domini, applicando iuxta præmissa eum my-
steriis ibi gestis sci-

3. Psalmus licet materiali cir- Circumcisio.
cumcisio, per

quam nostra spiritualis significatur. Et imposi-
tioni nominis Iesu: quod interpretatur Salua-
tor: & effusioni sui preciosi sanguinis & dolori-
bus & lachrymis,

4. Psalmus &c. Quartum Psal. Adoratio Regū.
mum canta cum

Regibus, qui venerunt ad adorandum Regem
Regum, adaptans

5. Psalmus eum &c. Quintum Præsentatio.
concine Psalmum

cum Simeone & Anna in præsentatione pueri
Iesu in tēplo. Sex-

6. Psalmus tum cum Domina Fuga Domini in
nostra, & Ioseph in Ægyptum.

Ægypto, in amissione Domini in templo, in
baptismo, deserto, & transfiguratione. Et sic fi-
nitur primus nocturnus. Sedens autem in sub-
sellio attende ad sensum lectionum & respon-
sorum cum dicuntur: & transfigurare cum
Domino in monte.

SEQUITVR secundus nocturnus, in quo des-
bemus facere alias sex stationes. Primam ad in-
gressum Domini

7. Psalmus in die Palmarum, Ingressus Dñi
Z 4 in

in ciuitatem Hie- in Hierusalem
 rusalem. Et considera diligenter quæ ibi agun-
 tur: quomodo Dominus flet sedens super ali-
 nam: & ibi vna cum vniuersis illis turbis concine
 ne primum Psalmum secundi nocturni, qui in
 ordine psalmodiæ septimus est, aptando illum
 ad propositum vt diximus. Secundus Psalmus
 concinendus est cum Apostolis in cœna. Et at-

tende diligenter

8. Psalmus quæ ibi aguntur. Cœna Domini
 Tertius Psalmus

est cantandus orante Domino in horto cum

Michaelē Ar-

9. Psalmus changelo & aliis Oratio Dñi
 Angelis ibi a-

stantibus. Quar-

10. Psalmus tum Psalmum que ad domum
 concine ab hor-

Annæ.

to vsque ad domum Annæ cum beato Ioanne
 cernens eum trahi captum & vinctum. Quo-

tum in domo

11. Psalmus Annæ vbi fuit In domo Annæ
 colaphis & ala-

pis cæsus. Sex-

12. Psalmus tum in domo phæ.
 Cayphæ vbi fuit

vultu velatus & sputis linitus. Et sic est finis se-

cundi nocturni. Cum dicuntur lectiones, vitæ
 Dominum in carcere habendo tamen attentio-

nem ad lectiones & responsoria.

SEQUITVR tertius nocturnus: qui continet
 tria cantica, quorum primum concin-

etur cum Dominus

dedi

1. Canticum. deducitur à domo In domo Pi-
Cayphæ in domū lati,
Pilati.

2. Canticum. Secundū cum de A Pilato ad
domo Pilati ad He- Herodem.
Herodem. Tertium

3. Canticum. vero cum reduci- Ab Herode
tur ab Herode ad ad Pilatum.
Pilatum. Et de

Homelia inde dicitur Ho - Flagellatio &
melia, Intuere Do- coronatio.

minū flagellari & spinis coronari. Et post duo-
decimum responforium contemplare, quomo-
do educunt Dominum foras flagellatum, & spi-
nis coronatum: & ostendunt eum populo di-
centes, Ecce homo. & pro eorum blasphemijs
concine tu;

Te Deum Te Deum lauda - Ecce Homo.
mus. Post hæc a -
spice quomodo fi-

Euangelium stitur dominus Pi- Sententia.
lato, vt audiat sen-

tentiam quæ per Euangeliū significatur: quod
attentè debes audire. Si autem fuerit dies feria-
lis, stationes quæ fiunt in Canticis, & Te Deum
laudamus, sunt faciendæ in Pater noster, & Aue
Maria: quæ dicuntur in principio laudum, & in
Psalmis; Deus misereatur nostri; & Miserere
mei Deus: ita vt Psalmus Miserere mei, finia-
tur extra ciuitatē, vbi Dominus crucem depo-
suit. & in Psalmis sequentibus facies stationes
secundum quod dicitur in laudibus festorum.

PSALMI Laudum sunt canendi cum stationi-
bus quæ sequuntur, Z 5 Deus

Deus mi- sereatur,	{ Cum post latam sententiam iussit est reuerti ad locum vbi fuit flagel- latus, vt se proprijs indueret vesti- mentis.
Dominus regnauit,	{ Cum educitur de domo Pilati ba- iulans sibi crucem vsque ad por- tam ciuitatis.
Iubilate,	{ A porta ciuitatis vsque ad montem Caluariae.
Deus De ^o meus,	{ Cum exiit tunicam & cruci in ter- ra positae supinus affigitur.
Benedi- cite,	{ Cum subleuatur de terra pendentem in cruce.
Laudate	{ Cum de cruce deponitur in matris gremio, & in sepulchro.
Cap. & Resp.	{ Cum descendit ad lymbum sancto- rum Patrum.
Hymnus,	{ Ad gaudium quo gauisi sunt sancti Patres in eius visione.
Benedi- ctus	{ Cum sanctis patribus de sua libera- tione ei gratias agentibus.
Pater no- ster & O- ratio,	{ Significat reuionem anime & cor- poris Domini in sepulchro.
Auestella,	{ Significat primam apparitionem Do- mini factam matri suae & Dominae nostrae.

Et hic finiuntur laudes. Et hoc modo mens-
stra inueniet se circa Deum semper occupatam
fuisse, eum adorasse, benedixisse, laudasse, &
glorificasse, & pro nostris necessitatibus orasse.
Hec enim tria in singulis canonicis horis exple-
mus, Deum super iudicia iustificationis eius ad-
orantes: & de suis beneficijs ei gratias agentes:
& pro

& pro nobis ipsis, & pro vniuerso populo Dei exorantes, quamuis specialiter in nocturno officio iudicia diuinæ iustificationis assumimus tanquam obiecta: in diurno vero status Ecclesiæ & beneficia à Deo recepta. Oportet igitur nos in omni opere Dei, & cunctis horis canonicis esse attentos, vt cum sensus Psalmi vel versu eius ad adorandum, aut gratias agendū vel exorandum nos inuitat, adoremus, gratias agamus, & exoremus. Et quia nonnulli formā adorandi, gratias agendi, & orandi, in Psalmis ignorant, ideo hîc est subscribenda.

Forma adorandi.

Adoratio his verbis nō tam vocaliter quam mentaliter est facienda: O super summe Domine, anima mea te adorat super iudicia iustificationis tuæ in tuo dilectissimo filio expleta. His igitur vel similibus verbis in Psalmis, Dominus est à nobis adorandus.

Forma actionis gratiarum.

Gratiæ hoc modo agendæ sunt: O super summe Domine, anima mea tibi offert gratias, & laudes de ardentissimo amore tuo: quo me ante mundi constitutionem amasti, prædestinasti, creasti, redemisti, Christianum fecisti, conuertisti, de seculo deduxisti.

Et per hunc modum præmissa verba ad agendas gratias pro quocunq; beneficio poterunt aptari.

Forma orandi inter Psalmos.

Orationem inter psalmodiam per hunc modum formare poterimus pro nobis ipsis, aut
pro

pro sancta Ecclesia, vel pro peccatoribus seu
 pro parentibus, aut pro benefactoribus viu
 & defunctis, vel quouis alio statu. Primo igitur
 in primo vigiliarum Psalmo quasi in fine eius
 sic poterimus orare dicentes mentaliter & ra-
 ptim: O Domine per tuam sanctam incarna-
 tionem, propitius esto mihi peccatori; vel libe-
 ra me de tali tentatione; vel fac me humilem
 aut castum seu patientem; vel concede mihi tu-
 am gratiam vel gloriam. Vel dicendo: O Do-
 mine propitius esto Ecclesie tue, vel peccato-
 ribus, aut animabus defunctorum, &c. In se-
 cundo Psalmo sic adorandum: O Domine
 per sanctam Natiuitatem tuam propitius esto
 mihi peccatori vt supra. Vel per tuam sanctam
 circumcisionem, aut Regibus manifestationem
 aut in templo presentationem: vel per fugam
 in Ægyptum: vel per tuas sanctas lachrymas
 quibus ciuitatem ingrediens Hierusalem la-
 chrymatus es, largire mihi contritionem, & la-
 chrymarum compunctionem: vel per tuam
 sanctam cœnam. Et sic poterit monachus per
 totam psalmodiam orare tam pro se, quam pro
 vniuersis Ecclesie statibus, formans diuer-
 sos affectus secundum diuersitatem
 causarum, vel necessi-
 tatum.



QVE